

2.3) Christus post resurrectionem communiter nominatur Dominus (plus ducenties apud Paulum; frequenter in Mt et Lc; rarissime apud Mc).

Quae nominatio facile intelligitur ex eo quod est Dominus (Ps 109, 1) sedens ad dexteram Patris (Act 2, 33-36).

Sed multipliciter arguitur illud nomen non solum exaltationem Christi hominis declarare sed etiam excellentiam Christi Dei.

Nam <sup>hominis</sup> solummodo in Spiritu sancto confitetur <sup>n</sup> Dominus <sup>m</sup> Iesus <sup>m</sup> (1 Cor 12, 3). Quae confessio est conditio necessaria salutis (Rom 10, 9; cf. Act 4, 10.12). Huic confessioni <sup>i</sup> annectitur invocatio nominis Domini nostri Iesu Christi <sup>Rom 10, 13;</sup> (1 Cor 1, 2; Act 9, 14; Iac 2, 7). Paulus ter Dominum oravit (2 Cor 12, 8). Adoratio coniungitur confessioni: ut in nomine Iesu Christi omne genu flectatur <sup>1</sup> & caelestium, terrestrium, et infernorum et omnis lingua confiteatur <sup>gracii</sup> quia Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris (ita codd. <sup>gaban</sup> vulg: in gloria est Dei Patris), Phil 2, 10.11. Cf. Rom 14, 11; Is 45, 23.

3.4) His accedit usus NT applicandi loca VT (in quibus agitur de Domino Deo Israel) ad Dominum Iesum Christum.

~~Quia~~  
Qui quidem usus adeo multiplex est, adeo allusionibus implicatus, ut breviter pro sua amplitudine tractari non ~~possit~~ possit. Remittimus ad L. Cerfaux, "Kurios" dans les citations pauliniennes de l'ancien testament, Eph. theol. Lovan. 20(1943), 5-17.

Vis argumenti, quod e paucis exemplis facimus, est NT non separasse exaltationem Christi hominis eiusque divinitatem.

~~Hoc nomen Deo proprium in NT translatum est Christum.~~ <sup>ad</sup>

Vide L. Cerfaux, "Kurios" dans les citations pauliniennes de l'ancien testament, Eph. theol. Lovan. 20(1943), 5-17.

~~Agitur de locis paulinis ubi habetur vel citatio vel saepius illusio ad VT, ubi tamen sensus est ut Iesus intelligatur esse Dominus. Exempla pauca:~~

"Dies Domini": <sup>A</sup> Act 2, 20 citat Ioel ubi agitur de die Dei; ~~sed~~ 1 Cor 1, 8; 5, 5; 2 Cor 1, 14; 1 Th 5, 2; 2 Th 2, 2; 2 Pet 3, 10, loquuntur de die adventus DNIC, de die DNIC, de die Domini. Unde quod erat "dies Dei" facta est ~~explicita~~ <sup>DNIC</sup> "dies ~~Christi~~" vel, quasi superflua esset distinctio, simpliciter dicitur "dies Domini."

Omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit: Ioel 3, 5 citatur Act 2, 16-21, ubi Dominus est Deus; sed christiani concipiuntur ii qui invocant nomen Domini nostri Iesu Christi (1 Cor 1, 2; cf. Act 9, 14; Iac 2, 7); neque aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo nos oporteat salvos fieri (Act 4, 10.12); et postquam Paulus dixit ore confitendum esse Dominum Iesum (Rom 10, 9), mox subiunxit: omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit (v. 13).

Mc 1, 3: Parate viam Domini. Cf. Is 40, 3-5; Mal 3, 1. Sed Ioannes Baptista praeparavit viam Christi.

III. Ex nomine quod est super omne nomen.

1. ~~2~~ Quod posterius a philosophis multipliciter distinguitur, uti realitas, essentia, proprietas, potentia, operatio, auctoritas, mediatio, finalitas, hoc confuse prius sub nomine intelligebatur.

Ita in VT nomen stat pro persona: Ps 7, 18; 9, 11; 17, 50; 67, 5; 73, 18; 85, 12; 91, 2; et nomen stat pro potentia personae: Ps 53, 3; 88, 25; 19, 6; 43, 6.

In NT: Filius Altissimi vocabitur (Lc 1, 32); sanctificetur nomen tuum (Mt 6, 9); clarifica nomen tuum (Io 12, 28); manifestavi, notum feci, nomen tuum (Io 17, 6.26); conserva eos in nomine tuo (Io 17, 11.12); pro nomine tuo profecti sunt (~~in~~ 3 Io 7); et vocatur nomen eius Verbum Dei (Apoc 19, 13; cf. Io 1, 1 s.)

2. ~~2~~ Phil 2, 9: Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur... Cf. Rom 14, 11; Is 45, 23.

Eph 1, 20: constituens ad dexteram ~~scilicet~~ in caelestibus supra omnem principatum... et omne nomen quod nominatur non solum in hoc saeculo sed etiam in futuro.

Act 4, 10.12: in nomine Domini nostri Iesu Christi... nec enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Cf. Mt 1, 21.

3. ~~2~~ Alii propter subiunctum nomen Iesu (Phil 2, ~~10~~ 10) opinantur nomen super omne nomen esse Iesum; alii, cum hoc

iam infanti impositum fuerit, opinantur summum nomen esse "Kurios," seu "Dominus," quod ~~xxxxix~~ in versione LXX stat pro Iahwe.

Haec opinio in suum favorem habet factum: summum nomen, quod Iudaei ne pronuntiare quidem volebant, iam pridem ~~fuisse~~ fuisse Iahwe.

Quod, si conceditur, concordat cum argumento iam posito, et confirmatur (1) per annexam adorationem (Phil 2, 10), (2) per unicam mediationem Christi in opere salutis (Act 4, 12), (3) per mediationem Christi in ipso opere creationis (1 Cor 8, 6; Col 1, 17).

*4. et* Obici sane potest quod nomen stat pro realitate, quod realitas est exaltatio quae passionem consequitur, quod sicut nomen est datum, ita etiam realitas, quod divinitas est aeterna et ab aeterno possessa.

Quae sane omnia suum valorem habent. Sed aliququaliter responderi potest.

Schema quidem incipit ab homine exaltato; sed hoc non impedit quominus ulterius progrediatur intentio Apostoli.

Logice quidem non plus est dicendum quam quod contextus fundat et exigit; sed, de facto, concreta realitatis apprehensio ~~et~~ saepe ulterius procedit, et maxime apud S. Paulum, e.g., 2 Cor 5, 14: si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt.

IV. Ex translato nomine Dei.

1.23 Hebr 1, 8.9: habetur citatio ex Ps 44, 7 s; versio graeca originali hebraico non correspondet; sed de intentione auctoris epistolae non dubitatur. *Vide in h. l. C. Spicq, Commentaria in Hebr L'Epître aux Hebreux, Paris 1952, 2 vols. 1952, A*

Iam vero habentur et Deus ungens et Deus unctus; ~~et~~ Deus unctus est Filius, ex introductione ad citationem; ergo nomen, Deus, applicatur Filio.

2.63 Secundum regulas articuli graeci, ubi agitur de eodem, articulus non repetitur, ubi agitur de pluribus, articulus repetitur.

2 Pet 2, 1: in iustitia Dei nostri et Salvatoris Iesu Christi.

Articulus ponitur semel: tou theou; et parallela ex eadem epistola sunt, 2 Pet 1, 11; 2, 20; 3, 2.18, ubi cum unico articulo legitur: Domini nostri et Salvatoris Iesu Christi. Similiter:

Tit 2, 13: expectantes beatam spem et adventum (epiphaneia) gloriae magni Dei et Salvatoris nostri Iesu Christi.

Haec non disputantur: concordant enim cum usu Ignatii Antiocheni qui frequentissime nominat Iesum Deum.

3.07 Secundum easdem regulas articuli, eodem modo sumi debet, 2 Th 1, 12: secundum gratiam Dei nostri et ~~Domini~~ Domini Iesu Christi, *ubi unicus est articulus.*

Sed res aliter intelligi potest: regulabitur <sup>o</sup> apud Paulum Deus significat Patrem, Dominus ~~significat~~ significat Filium; articulus addi potest <sup>ut</sup> ad primum et non ad secundum;

valde similis est expressio (sine ullo articulo) apud 2 Cor 1, 2.

4. ~~21~~ Rom 9, 5: ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia benedictus in saecula. Amen.

Traditionaliter habetur hic locus ut sollemnis doxologia Christi Dei. Critici voluerunt interpunctionem fortio- rem, ut primum membrum sit de Christo, alterum de Deo Patre. Recentius L Cerfaux concessit non impossibilem esse hanc opinionem (La Christologie de saint Paul, ), et vicissim O. Cullmann non impossibilem iudicavit opinionem traditionalem (Christologie des NT, p. 321).

Notatur primo: non habetur benedictio in forma ordinaria; cf. 2 Cor 1, 3; Eph 1, 3: Eulogêtos 'o theos kai patêr...

Notatur deinde: habetur ~~similis~~ benedictio interiecta apud Rom 1, 25: servierunt creaturae potius quam Creatori, qui est benedictus in saecula. Amen. Quod differt a nostro loco (1) quatenus "qui est" stat pro clausula relativa "'os estin," (2) quatenus antecedens est "Creator."

Notatur tertio: habetur alia benedictio interiecta apud 2 Cor 11, 31: Deus et Pater Domini nostri Iesu Christi, ~~qui~~ qui est benedictus in saecula, scit quod non mentior. Quod simile est nostro loco, quatenus habetur clausula participialis, 'o ôñ, quod latine vertitur per relativam participialis, 'o ôñ, quod latine vertitur per clausulam relativam. Quod tamen maxime differt a nostro loco, cum hic clausula participialis habet antecedens cui a

~~Notatur quarto: expressio "ex quibus est Christus,~~

VI. Ex translata gloria Dei.

1. et Kabod Jahwe: super montem Sinai (Exod 24, 15ss), phenomaniis  
 physicis (Ps 28; 96); in tabernaculo (Exod 40, 32 ss); in templo  
 Salamonis (3 Reg 8, 10 ss); in visione Ezech (1, ~~22~~ 26 ss; 40,  
 34 ss); alteri non dabo (Is 42, 8; 48, 11); laus Dei (Ps 23, 8;  
 56, 6.12; 62, 3; 65, 2; 71, 19; 78, 9; 137, 5; Is 6, 3);  
 eschatologicae (Is 35, 2; 40, 5; 43, 7; 66, 18 ss.)

Omnes auctores NT adhibent voces graecas, doxa, doxazô,  
 ad hanc Dei gloriam significandam; praeter usum graecum.

Splendor, claritas lucis divinae: ~~ixf~~ circumfulsit pastores  
 et timuerunt timore magno (Lc 2, 9), Moyses et Elias visi in  
 maiestate (Lc 9, 31), discipuli viderunt maiestatem eius et  
 duos viros cum illo (Lc 9, 32), voce delapsa a magnifica gloria  
 (2<sup>a</sup> Pet 1, 17), Paulus non vidit prae claritate luminis illius  
 (Act 22, 11), impletum est templum fumo a maiestate Dei (Apoc 15, 8),  
 civitas non eget sole neque luna, nam claritas Dei illuminavit  
 eam, et lucerna eius est Agnus (Apoc 21, 23). Unde Deus dicitur  
 inhabitare lucem inaccessibilem et ideo nec videri <sup>nec posse</sup> ~~non~~ videri  
 posse (1 Tim 6, 16).

Tenentur homines ad gloriam Deo dandam, sicut Abraham  
 (Rom 4, 20), <sup>quod non fecit</sup> ~~non sicut~~ Herodes (Act 12, 23), neque impenitentes  
 (Apoc 16, 9).

Unde doxologiae: Lc 2, 14; 19, 38; Rom 11, 36; 16, 27;  
 Eph 3, 21; Phil 4, 20; Apoc 4, 9; 7, 12; quibus ~~ixf~~ dicitur  
 gloriam esse Deo, uti Gal 5, 1; 1 Pet 4, 11.

imago Dei (cf 2 Cor 4, 4) invisibilis, primogenitus omnis creaturae... omnia per ipsum et in ipso (eis auton) creata sunt."

A.7. Tertio consideratur schema retrospectivum inversum, ubi a praeexistente incipitur ut ad hominem vel in terris *degentem* vel in caelis <sup>regnantem</sup> procedatur.

Phil 2, 6s: in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset... semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens...

Hebr 1, 2.3: ubi ponuntur simul (1) Filius, (2) haeres universorum, (3) per quem fecit et saecula, (4) splendor gloriae et figura substantiae eius, (5) portans omnia verbo virtutis suae, (6) purgationem peccatorum faciens, (7) sedet ad dexteram maiestatis in <sup>excelsis</sup> excelsis.

Io 1, ~~IXXIX~~ 1-14: ubi habentur Verbum Deus apud Deum; pars in opere creationis; lux et vita; caro factus est.

Rom 1, 3<sup>↓</sup>.4: (1) de Filio suo, (2) ex semine David secundum carnem, (3) praedestinatus est Filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis (cf. forte, spiritus vivificans, 1 Cor 15, 45) ex resurrectione mortuorum (cf. Act 13, 33).

~~8. Quarto consideratur schema praecisivum et technicum, nempe, Christus qua Deus, Christus qua homo. Quod quidem in NT deest, neque ante longam evolutionem adhibitum fuit. Supponit enim doctrinam Chalcedonensem in qua ponitur una persona in ~~et~~ duabus naturis; unde distingui potest more philosophorum inter personam in natura divina et eandem personam prout in natura humana. Sed etiam supponit, quod ab ipsa definitione Chalcedonensi supponitur, nempe, evolutionem ipsius culturae christianae tum ~~scriptis~~ ~~Patrum~~ per organizatam ecclesiae vitam, tum per scripta Patrum, tum~~



praesentationi annectebatur etiam futurum, et quidem <sup>d</sup>upliciter: alio modo, de futura passione, morte, resurrectione; alio modo, de futuro adventu iudicis. Unde textus de Filio hominis in tres classes dividi solent, e.g., (1) de vita terrestri: Mt 8, 20; 9, 5s; 11, 19; 12, 8.32; 13, 37; <sup>(2)</sup> de futura passione, morte, resurrectione: Mt 12, 40; 17, 9.12.22; 20, 18.28; 26, 2.24.45; (3) de futuro adventu: Mt 10, 23; 13, 41; 16, 27s; 19, 28; 24, 27.30. Circa Filium hominis ulterio<sup>r</sup>ora vides apud Dhanis, Testimonium Iesu de se ipso, pp. 60 ss.

3.4. Deinde consideratur schema retrospectivum. Ibi nomen erat vel Dominus, vel Christus, vel Filius Dei in virtute (Rom 1, 4; Act 13, 33). Id quod imaginatione repraesentabatur erat Iesus <sup>resuscitatus</sup> ~~resurrectus~~ sedens ad dexteram Patris actuque de caelis regnans. Quibus annecti potuit retrospectio ultra vitam terrestrem Domini ad eius praesistentiam, imo usque ad principium quando creationi interfuit.

~~Exempla sint, 1 Cor 8, 6: et unus Dominus Iesus Christus per quem omnia et nos per ipsum. Iterum, 2 Cor 4, 4: perit Christum esse imaginem Dei sed Col 1, 15 dicit eum "imago Dei invisibilis... omnia per ipsum et in ipso (eis autem) creata sunt."~~

Exempla sint, 1 Cor 8, 6: et unus Dominus Iesus Christus per quem omnia et nos per ipsum. Iterum, de Christo <sup>resuscitatus</sup> ~~resurrecto~~ agitur 1 Cor 15, 20-28.31; qui cum iterum cum Adamo comparatur, dicitur quidem homo, sed <sup>forte</sup> innuitur praesistentia per verba "secundus homo de caelo" (1 Cor ~~15~~ 15, 47). Iterum, Col 1, 13 loquitur de Filio in suo regno, et Col 1, 15 ss: "qui est

Praenotamen alterum: de progressiva revelatione divinitatis Christi.

1. Agitur de eo progressu qui in ipso NT exhibetur.

Non~~ne~~ ergo quaeritur quid Christus ut homo per scientiam beatam vel infusam cognoverit, quid apostoli divina illuminatione interius perspexerint, sed quid in scriptis NT pedetentim exponatur.

2. Qui progressus duplici stadio reali perficitur.

Primo, enim, Christus <sup>docuit</sup> ~~doct~~ apostolos, discipulos, turbas; deinde, apostoli vel viva voce vel scriptis Indaeos et Graecos evangelizaverunt.

Quae tamen ~~stadia~~ stadia realia nobis innotescunt per alia stadia litteraria. Tempore enim primae erant epistolae paulinae priores, et postea ex fontibus <sup>traditionalibus</sup> ~~prioribus~~ composita sunt evangelia. Unde complexum illud problema synopti~~cum~~.

3. Existit hic progressus varias ob causas et variis modis exhibetur.

a) Prima causa erat necessaria evolutio religiosa.

Christus enim non scholam sed religionem fundavit; et ipsa doctrina religiosa ~~ne~~ nisi per fidem non attingebatur; ideoque in primis ad homines convertendos attendendum erat.

Aliis verbis, progressiva revelatio divinitatis Christi erat tantummodo pars in ~~xxx~~ maiori evolutione qua homines in novam creaturam (<sup>2</sup> Cor 5, 17) transformandi erant.

~~Falsum~~ ~~Idcirco~~ ~~Jesus~~ ~~est~~ ~~verus~~ ~~Deus~~

Prænotamen: <sup>primum</sup> de notione Dei in NT.

1. Fundamentalis conceptio<sup>Dei</sup> in NT est illud notissimum:  
"Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum nostrorum."

Scilicet, est conceptus eventibus historicis evolutus et narratione traditionali transmissus. Deus est is qui cum Abraham, Isaac, Iacob, ~~†~~ patribus nostris egit, is qui populum per Moysin ex Aegypto reduxit, is qui prophetis usus est ad populum docendum et corrigendum.

Vide Exod 6, 2ss; Act 7, 2-53; 13, 16-22.

2. Dicitur fundamentalis quia in NT non laboratur ad notionem unius veri Dei inculcandam sed potius haec notio omnibus Iudaeis manifesta supponitur.

Iterum, dicitur fundamentalis quia fundamentum praebet ad ulteriorem evolutionem, quae quidem duplex est.

3. Prima evolutio (prima in ordine nostrae expositionis) facta est cum evangelium gentibus praedic~~ta~~retur.

Vide sermones Pauli ad Iudaeos, Act 13, 16-22, et ad gentes, Act 14, 15-17; 17, 24-28.

Ubi transitus fit ex conceptione historice mediata ad conceptionem reflectione<sup>x</sup> mediata. Quamvis enim gentes neque memorias neque traditiones populi electi habuerint, tamen ad Deum omnium causam agnoscendum deduci poterant.